

45. Huius mundi amatores,
 veri boni desertores,
 quid sunt transitoria?
 Imitemur meliores,
 5 quia seculi honores
 feces sunt et scoria.
 Post erumpnas et labores
 terrenorum contemptores
 crescunt in memoria.
- 10 Inter dei dilectores,
 inter sanctos sanctiores
 cesar sit in gloria.
46. IAM LUCIS ORTO SYDERE
 regi mors tristis affuit
 Et inaudito vulnere
 totum mundum perterruit.
47. LUCIS CREATOR OPTIME,
 ETERNE REX ALTISSIME,
 Vir almus quo demeruit,
 in flore qui sic corrui?
48. O quanta fuit sanctitas
 in rege tante glorie!
 O LUX BEATA TRINITAS,
 hunc colloces in requie.
49. CONDITOR ALME SYDERUM,
 QUI PASCIS INTER LYLIA,
 Hunc ad sanctorum numerum
 duc suffragante filia.
50. JESU SALVATOR SECULI,
 qui das salutem regibus,
 Imperatorem populi
 sanctorum iunge cetibus.

45, 6 somnia DREVES 46, 1 = *AH.* 51, n. 41, 1; *vgl. Carm. Bur.*
edd. HILKA-SCHUMANN n. 23 46, 2 rege A; *vgl. Albertino Mussato, Histor.*
Aug. XVI, 8 (Muratori X, 568 B) hora nona expiravit 47, 1 = *AH.* 51,
n. 34, 1 47, 2 = *ib.* n. 88, 1 48, 3 = *ib.* n. 40, 1 49, 1 = *AH.* 51,
n. 47, 1 49, 2 = *AH.* 50, n. 21, 2, 1 (*vgl. Cant. 2, 16*) 50, 1 = *AH.* 51,
n. 130, 1 50, 2 *Ps.* 143, 10 Qui das salutem regibus 50, 4 *vgl.* 66, 1